

prompta, foeliciaq; machina illa bellica, quam Bombardam hodie uocant, nonne
 Germanorum inuentum est? Atqui illud prisco maiorum nostrorum ingenio tribue-
 endum: quandoquidem semper Germani armorum gloria, exterarum gentes longissi-
 mo interuallo post se reliquerunt. Inuentum nostrum est Calcographia, quo nihil un-
 quam utilius uidit humanus oculus. Ad quem enim haec non redierit tantae foel-
 licitatis fructus? Literae Latinae Graecae & Hebraicae, quod hodie tam florent, cui ac-
 ceptum referemus: nonne Germanis: praeterea in Architectura, itemq; in pictura,
 nullis unquam gentibus inferiores inuenti sunt Germani. Sed iam regiones eius re-
 censebimus. Seelandia ultima Germanorum insularis tellus sub gradibus est 25. 0.
 52. 0. Hollandiae ciuit. Traiectum, uulgo Vtricht, Ptole. Lugodunum aestimatur 27.
 25. 52. 20. Cistrhenane magnae Germaniae ci. Churia, uulgo Chur. 32. 0. 47. 30. Da-
 uentria Vuestfaliae 29. 0. 52. 30. Rhetia tenet Algeam & Brisgeam, cuius ci. Fri-
 burgum 29. 0. 46. 40. Sueviae superioris ci. Augusta Vindellicorum 34. 0. 48. 5.
 Sueviae inferioris ci. Ulma 33. 0. 48. 30. Nordlinga, a Ptole. putatur Arae Flauiae 33.
 50. 48. 50. Ducatus Vuirtenbergen. subest Sueviae, sic similiter Marchia Badena.
 Comitatus Palatini habet ciuit. Heydelbergum, iuxta Ptole. coniecturam Budoris 32.
 0. 49. 30. Bauariae ci. Amberg 34. 0. 47. 15. Monachum, a Ptole. Abudiacum, uulgo
 Munchen 35. 0. 47. 50. Saltzeburgum 36. 30. 47. 30. Patauia, Ptole. Beodurum
 37. 20. 48. 25. Ratisbona, a Ptole. ab aestimatione Artobriga 35. 40. 49. 0. Ingol-
 stadium literarum gymnasium celeberrimum 34. 45. 48. 30. Aichstodiam, uulgo
 Aystet 34. 40. 48. 50. Athesanae prouinciae & Tyrolen. ci. Tridentum, uulgo
 Trient 33. 45. 45. 5. Carinthiae ci. Villachum, a Ptole. forte Vacorium 37. 25. 46.
 10. Croaciae ci. Agarana 39. 20. 45. 15. Styriae ci. Greza, Ptole. Sauaria 40. 5. 46.
 50. Austriae ci. Vienna, a Pto. forte Iuliobona, florentissimo studio celebris sub gra-
 40. 40. 48. 10. Vngariae ci. Buda, uulgo Ofen, a Ptole. Salna 43. 0. 46. 50. Fran-
 ciae orientalis, quae & Franconia, habet ci. Francophordiam, olim Vlipetes ad Mo-
 ganum fluuium 31. 40. 50. 10. Herbipolis uulgo Vuirtzpurgk, a Ptole. putatur Ar-
 taunum 33. 30. 49. 50. Caroloctadiu patria mea 33. 25. 50. 0. Babenbergum, a Ptole.
 Grauionarium aestimatur, locus ualde amenus & frugifer 34. 30. 50. 0. Norici ci.
 Noribergum, Segodunum apud Ptole. centrum ferè totius Germaniae, urbs praeda-
 rissima. Huius urbis laudes, quia nostram mediocritatem superare uidentur, ideo cupi-
 dum lectorem, uel ad Chunradi Celtis, uel ad Eobani Hessi poetarum descriptio-
 nes remitto. Qui duo, ut sunt incorrupti rerum laudatores, ita urbem hanc, tanquam
 in speculo plenissime contuendam nobis proposuerunt. Quum uero uaria sint urbis
 huius ornamenta, quibus exteri non raro in admiratione rapiuntur, duo tamen sunt,
 quibus summam sibi, iure equidem meritissimo, laudem usurpare poterit, nempe, &
 quod una est, quae istoc turbulentissimo tempore, exulantes alioqui Musas, tanquam in
 sinu suo placidissimo fouet; & quod omnes fortunas suas proruderibus duxerit haec
 nus, propter Christum, quibus laudibus, equidem in terris, nihil unquam accedere
 potest maius, est sub gradibus 34. 40. 49. 30. Boemiae ci. Praga Ptol. Casurgis 38.
 20. 50. 0. Morauiae ci. Olmuntza, a Ptole. iuxta coniecturam Eburum 41. 0. 49. 30.
 Schlesiae ci. Gorlitium 39. 5. 50. 50. Vuratislauia, a Ptole. Budorgis 41. 20. 51. 5.
 Hassiae ci. Marcheburgum, forte Amasia a Ptol. 32. 10. 51. 0. Cassilia, uulgo Cassel, a
 Ptole. Stereontium 33. 10. 51. 30. Thuringiae ci. Erdfordia magna, studio uniuersali ce-
 lebris a Ptole. forte Bicurgium 35. 0. 51. 10. Misniae ci. Liptzigum, Gymnasio lite-
 rarum multum celebris 36. 30. 51. 30. Vuestphaliae ci. Padeborna, uulgo Palborn, a
 Ptole. Teuderium iuxta coniecturam 32. 20. 52. 0. Monasterium, uulgo Munster, a Ptole.
 forte Mediolanium 32. 0. 52. 5. Saxoniae ci. Magdeburgum, a Ptole. Mesouium 36.
 10. 52. 20. Brunschuiga, Ptole. Tulisurgium 34. 40. 52. 40. Vuittenburga, Ptole. Cal-
 legia dicta, Gymnasio florentissimo clara, ad Albim fluuium sita, Viros alit complures,
 non